

jusmodi facientes, aut inferre conantes, et eis resistere, ac illos offendere cum sanguine et sine, usque ad mortem exclusive, sine aliqua pena propterea alicui persolvenda. Item quod si quis de alio quovis loco, quam de dicta via, in ea vel aliqua ejus parte, noctis tempore fecerit vel intulerit, aut facere vel inferre presumpserit tam contra dictos incolas et habitatores, quam contra quoscumque alios extraneos, aliquam realem vel personalem injuriam, vel offensam, cuilibet liceat talem offensorem vel injuriatorem, aut injurie vel offense hujusmodi presumptorem, percutere, et offendere, cum sanguine et sine, usque ad mortem exclusive; ipsumque capere et vinctum ducere ad Capitolium et domino Senatori presentare, suis demeritis puniendum libere sine pena. Et quando eis videbitur, possint campanas Ecclesiarum dicte vie pulsare ad arma in dicto casu, etiam sine pena. Item quod tempore exercitus vel cavalcate, aut alterius cujusvis accessus, contra aliquem indicendi, vel fiendi per Romanum populum, nullus audeat vel presumat, alicui ex incolis et habitatoribus supradictis, auferre vel auferri facere aliquid eorum animal, pro conducendo ad exercitum, cavalcatum, vel accessum predictum; ad penam viginti ducatorum auri. Et si secus fieri contingerit, dominus Senator et conservatores camere dicte urbis, teneantur et debeantur (sic) sibi dictum animal facere, statim cum eis fuerit super inde exposita querela, restitui cum effectu, et talem auferentem dicta pena punire; ad eandem penam. Item quod domini seu patroni domorum existentium in dicta via, teneantur et debeant dictas eorum domos ad abitandum concedere, omnibus illas postulantibus, qui ibidem habitare voluerint, pro ea pensione que per Guardianos hujusmodi declarabitur: ad penam decem ducatorum pro quolibet. Item quod interim dum dicte domus vacarent, nullus audeat vel presumat in aliqua dictarum domorum remictere, seu tenere vites, cannas, seu paleas, vel aliqua alia stramina, seu ligna, unde possit interdum periculum imminere; ad dictam penam. Item quod si dicti guardiani, vel alii quicumque, vellent aliquam domorum hujusmodi dirutam, aut disruptam, suis seu dicte societatis sumptibus relevare, aut recuperare, facta requisitione domini, aut patroni domus ejusdem, si eam relevare aut recuperare voluerit, et ipse dominus et patronus illam relevare et recuperare recusaverit, aut noluerit, in terminum ei per guardianos hujusmodi statuendum; possint et valeant dictam domum relevare, aut recuperare, pro eorum libito voluntatis. Et tunc dicta domus efficiatur illius qui eam relevaverit aut recuperaverit, ut prefertur, ad faciendum et pro sue libito voluntatis. Teneatur tamen domino proprietario respondere pro censu annuatim perpetuo 12 denarios pro pensione. Et tunc nullus audeat dicte relevationi, aut cuperture contradicere, vel eam impedire: ad eandem penam. Item quod nullus audeat vel presumat, nec sibi licitum sit, aliquam domorum hujusmodi, vel aliquem colupnatum, seu parietem, destruere, et discoperire, nec conducere ad ruinam, nec inde columnas vel lapides removere, sine expressa licentia dictorum guardianorum, qui propterea fuerint ad eandem penam. Nec aliquis alius officialis dicte urbis possit nec debeat, alicui dare licentiam contrarium faciendi. Et si data fuerit nec valeat ipso jure, sed dans licentiam hujusmodi, penam 25 ducatorum auri incurrat vice qualibet, qua contrafecerit in predictis. Item quod de omnibus di-

ctis penis medietas ad cameram alme urbis, et alia medietas ad dictam societatem, in et pro augmento dicte vie convertenda, debeat pertinere. Item quod dicta via, intelligatur et intelligi debeat, cum tota platea lateranensi; et ab arcu sito retro capellam, seu basilicam ad Sancta Sanctorum de urbe usque ad Coliseum inclusive. Item quod dicta capitula statuta et ordinationes non egeant de cetero, aliqua alia confirmatione officii Senatoris, vel alterius officii dicte urbis. Sed illa debeant per Senatorem et Conservatores ac alios magistratus quoslibet dicte urbis, qui per tempora fuerint, et eos et singulos ad quos pertinent, cum effectu et sine interpretatione aliqua, prout jacent, inviolabiliter observari. Si quis autem contrafecerit, penas supradictas incurret ab eo inremissibiliter sufferendas. In quorum omnium testimonium aut fidem, presentes nostras licteras, super inde per Nicolaum Signorilem secretarium nostrum, et licterarum Romani populi dictatorem, ad perpetuam rei memoriam fieri et sigillorum nostrorum, jussimus appensione muniri. Dat. Rome in Capitolio die 6 mensis Decembris XII indictione anno Domini 1418. Pontificatus Sanctissimi Domini N. D. Martini divina providentia Pape V anno 2.

Petrus Juliani  
Protonotarius.

Laurentius Nicolai Sabbe  
Notarius Conservatorum.

Nicolaus Signorilis.

✠ Signorum loci ✠

DOCUMENTO VII.

*Venditio Palatii facta a nob. viro D. Joanne Jacobi de Novellis  
in favorem Societatis et hospitalium praedictor.*

In nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo octavo Pontificatus Domini Clementis PP. VI Indictione I. die 3 mensis Augusti. In presentia mei Notarii Testiumque infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogator. Nobilis vir Joannes dñi Jacobi Novelli de Regione Montium, et contrata Seburre pro se ipso et nomine et vice dñi Jacobi germani fratris sui pro quo se de rato principaliter obligavit et promisit se facturum et curaturum quod d. Jacobus hanc venditionem cum omnibus suis tenoribus et articulis perpetuo ratam et firmam habeat, acceptabit et approbabit sub obligatione bonorum suorum pro medietate infrascriptorum accasamentorum et D. Paulus filius quondam D. Pandulfi Novelli de d. regione et contrata pro se et nomine, et vice DD. Laurentii et Petri fratrum suorum de nomine et vice DD. Joan-



ne et perne sororum ejus pro quibus suis fratribus et sororibus in solidum eorum se principaliter obligavit, et promisit se facturum et curaturum quod predicti fratres, et sorores ejus et quilibet eorum hanc venditionem cum omnibus suis tenoribus, et articulis perpetuo ratam et firmam habebunt, acceptabunt, et acceptant sub obligatione honorum suorum pro alia medietate infrascriptor. accasamentorum; qui Dominus Paulus juravit ad sancta Dei Evangelia corporaliter libro tacto subscripta omnia ei singula observare adimplere et non retractare ratam sue medietatis, nec aliqua alia ratione, modo vel causa sponte, et libere vendidere, et venditionis titulo dederunt, et concesserunt Francisco Vecchi Not. Sindico, et Guardiano Universitatis Recommendatorum domini nostri Salvatoris ad Sancta Sanctorum et mihi Not. ut publice persone presentibus ementibus recipientibus et legitime stipulationibus nomine et vice d. Universitatis et pro eo in perpetuum idest quoddam palatium seu accasamentum magnum ipsorum Joannis et Jacobi domini Pauli fratrum, et sororum positum in Regione Montium et contrata Lateranensi prope Ecclesiam seu hospitale S. Angeli d. Universitatis inter hos fines ab uno latere est via publica sacra, ab alio est quedam via vicinalis intra dictum palatium et dictam Ecclesiam S. Angeli, ab alio est via que dicitur esse SS. 4. Coronator. ab alio est quoddam vacaos de pertinentiis Palatii quod dicitur Palatium Regis noviter locatum d. Sindico, et Guardiano nomine dicte Universitatis per Capitulum Ecclesie Lateranensis (vel) si qui sint ad d. accasamentum plures aut veriores confines cum salis cameris, Ortis Casarenis seu vacantibus, et domibus copertis, et discopertis infra ante et retro, et justa se usque in viam publicam sacram, et cum omnibus suis introitibus, exitibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis ad habendum, tenendum, possidendum, utendum, fruendum, vendendum, pignorum alienandum et de dicto accasamento faciendum quidquid d. Universitati Recommendatorum domini N. J. X. melius placuerit salvo jure Ecclesie Lateranensis cui annuatim respondere debent pro terratico duodecim denarios bone monete. Et de ipso accasamento et pertinentiis suis ipsum Franciscum Not. Sindicum, et Guardianum nomine d. Universitatis corporaliter investire promiserunt; Et donec possessionem corporalem de dicto accasamento idem Franciscus Syndicus et Guardianus adeptus fuit (sic) recognoverunt d. vend. et quilibet eorum d. accasamentum nomine d. Universitatis precario possidere, dederunt quoque atque concesserunt d. venditores et quilibet eorum nonibus quibus supra d. Francisco Sindico et Guardiano, et mihi Notario nomine quo supra stipulantibus omnia jura eorum, et cujuslibet eorum contra quamlibet personam, et locum occasione accasamenti predicti volentes, et mandantes quod d. Universitas succedat in locum, jus, et privilegium eorum nulla eis in ipso accasamento facta reservatione, salvo jure d. Lateranensis Ecclesie. Hanc autem venditionem, dationem, cessionem, et omnia que dicta sunt et dicentur, fecerunt d. venditores et quilibet eorum nomine quo supra d. Francisco Sindico et mihi Not. quo s. stipulantibus pro pretio et nomine pretii 120 florenorum boni et puri auri et recti ponderis, quos presentialiter, et manualiter receperunt ab ipso Francisco Sindico et Guardiano nomine d. Universitatis, de quibus se bene quietos, contentos, et pacatos vocaverunt et renunciaverunt exceptioni non habitorum non

receptorum et non numeratorum, ac non ponderatorum dd. centum viginti florenorum, et non electi auri exceptioni, doli, vis, mali, metus causa, et ob causam et omnibus aliis exceptionibus juris et facti; Et si dictum accasamentum plus dicto pretio valeret totum quod plus esse posset idem (sic) venditores, et quilibet eorum nominibus quibus supra d. Francisco Sindico et Guardiano ac mihi Not. ut publice persone stipulantibus pro d. Universitate irrevocabiliter inter vivos donaverunt ob amorem et reverentiam dñi N. Salvatoris ad Sancta Sanctorum et d. Universitatis, insuper d. venditores, et quilibet eorum nominibus quibus supra promiserunt et convenerunt d. Francisco Sindico, et mihi Notario quo supra nomine stipulantibus facere, consentire huic venditioni omnes supradictas personas et omnes alias personas adiacentes, et jus in d. accasamento habere pretendentes et dare idoneum fidejussorem de evictione, ac etiam promiserunt eidem Francisco et mihi Not. ut supra qd. d. accasamentum cum suis pertinentiis ad predictas personas superius nominatas pertinet, pleno jure in totum vel partem, et si contrarium aliquo tempore appareat propter quod d. Universitas damnum incurreret, aut expensas faceret aut evicti essent promiserunt d. venditores et quilibet eorum nominibus ut supra damna omnia eis emendare expensas reficere, et restaurare, et de evictione eis perpetuo secundum jura et statuta, et consuetudinem Urbis loquentium de predictis. Ad hec capitulum et Canonici Ecclesie Lateranensis videlicet D. Jacobus de Cavis, D. Petrus Scanriglia D. Bertudus Maracii, et D. Petrus Camillus de Columna residentes in Ecclesia supta pro se ipsis et d. Ecclesia, et (nomine) aliorum concanonicorum eorum absentium, et pro eis certiorati de venditione pta sponte, et libere consentierunt, et eorum consensum prestiterunt d. venditioni ipsamque ratam gratam, et firmam habuerunt, hunc vero consensum prestiterunt d. Francisco Sindico et mihi Notario d. Universitatis quia d. Franciscus Syndicus et Guardianus nomine dicte Universitatis promisit et convenit eid. capitulo, et canonicis pro d. Ecclesia legitime stipulantibus dare et respondere eis pro dicta Ecclesia in anno in perpetuum nomine census seu terratici dicti accasamenti duos sollos provis. in festo S. Joannis Baptiste de mense junii si contingerit annuatim in compensatione illorum 12 denariorum qui antea solvebantur pro censu pto propter deteriorationem monete; Et pro eo quod ipse Franciscus Syndicus et Guardianus nomine d. Universitatis solvit eis pro consensu pto pro dicta Ecclesia presentialiter et manualiter 25 sollos. Pro quibus omnibus et singulis observandis d. venditores et quilibet eorum nominibus quibus s. obligaverunt et pignori posuerunt d. Sindico et Guardiano nomine quo supra omnia bona eorum et eorum mobilia et immobilia presentia et futura volentes pro his posse a d. Universitate cogi compelli, et conveniri omni tempore ubique locorum in omni curia et coram quocumque iudice renunciantes omnibus feriis et diebus feriat foris (deest) io (idest privilegio) cendendarum actionum ac omni jure Canonico et civili remedio. Que omnia et singula supta d. venditores, et quilibet eorum pro se ipsis et nominibus quibus sup. et pro heredibus et successoribus eorum perpetuo promiserunt d. Francisco Sindico, et Guardiano, et mihi Not. nomine quo supra stipulantibus attendere et observare, rata, grata, et firma habere et non contrafacere vel venire sub pena dicti pretii dupli,



qua soluta vel non soluta nihilominus firma perdurent. Actum in Ecclesia Lateranensi presentibus hiis testibus scilicet Joanne d. Petri mete Judicis d. Angelo Petri Martini, Andreatio Tucij magistri Pauli Beneficiatis Lateran. Ecclesie et Jacobatio Amici de Regione montium.

*Sequitur possessio adeptu a Sindico nomine societatis.*

Eodem die in presentia mei Notarii et Testium suptorum ad hec specialiter vocator. et rogatorum pti venditores et quilibet eorum personaliter constituti ad accasamentum ptum investierunt d. Franciscum Syndicum et Guardianum d. Universitatis nomine dicte Universitatis de d. accasamento et pertinentiis suis immittendo ipsum in eis per serramina hostiorum stando permanendo, claudendo et aperiendo dicta hostia, quam possessionem d. Syndicus nomine d. Universitatis recipit, et adeptus est. Actum presentibus his Testibus scilicet Joanne d. Petri mete Nofrio Ilperino, et Luca Cole Solaneni de Regione Montium.

*Sequitur Ratificatio plurimorum familiae de Novellis.*

Eodem die in presentia mei Not. et testium suptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum Dominus Jacobus domini Jacobi Novelli, dña Joanna uxor Joannis dñi Jacobi Novelli, Dñus Laurentius, et dominus Petrus Fratres, et dña Joanna et dña Perna sorores filii et filie olim domini Pandulfi Novelli, Qui omnes jurarunt ad S. Dei Evangelia corporaliter libro tacto pro subscriptis omnibus et singulis observandis adimplendis, et retractandis rōne minoris etatis eorum, et cujuscumque eorum seu aliqua alia ratione modo, vel causa certiorati de d. venditione, et omnibus in ea contentis sponte, et libere consentierunt, et eorum consensum prestiterunt, et renunciaverunt et refutaverunt eidem Francisco Sindico et Guardiano pto, et mihi Not. ut publice persone stipulantibus pro dicta Universitate omnia et singula jura et actiones eis et eorum cuilibet competentes, competentia, et completitura in d. accasamento tam ratione hereditatis paterne et materne quam etiam alia ratione quacumque. Et dicte mulieres et quelibet earum renunciaverunt in his omnibus juribus dotium, earum donationum propter nuptias alimenta parefrenorum (deest) de auxilio Vallejani Senatus Consulti in favorem mulierum introducti certiorate per me Notarium de auxilio suprascripto. Hunc autem consensum renunc. et omnia que dicta sunt fecerunt peti dñi Jacobus et dñus Joannes Laurentius, et d. Petrus, d. Joanna, et dña Perna et quilibet eorum ob reverentiam et amorem dñi nostri Salvatoris ad Sancta Sanctorum et universitatis pte promittentes dictum consensum et renunciationem, et omnia supra perpetuo firmam (sic) habere et retinere, et non contrafacere, vel venire sub obligatione bonorum eorum. Ad hec Nicolaus Jordani Ilperini de Regione Montium qui juravit ad S. Dei Evangelia corporaliter libro tacto pro his omnibus et singulis suptis adimplendis, et non retractandis ratione sue minoris etatis nec aliqua alia ratione, modo, vel causa. Et Nicolaus Mattei Not. publicus et instantia dd. filiorum et filiarum D. Pandulfi Novelli sponte et libere glibus in solidum

se se in hoc principaliter obligando fidejusserunt penes d. Franciscum Syndicum et me Not. ut publicam personam pñtes et stipulantes pro d. Universitate Recomendator. d. N. Salvatoris ad Sancta Sanctorum et promiserunt quod hujusmodi accasamentum cum pertinentiis suis pleno jure spectat ad dd. venditores et quod non est venditum, donatum pignoratam, nec alienatum in totum vel in partem quod si contrarium apparebit aliquo tempore perpetuo voluerunt teneri, et volunt ad omnia damna expensas et interesse et evictionem.

Item quod pti venditores tenentur et obligati sunt obligare d. Universitati pro predictis omnia bona eorum mobilia et immobilia presentia et futura et renunciaverunt hiis Eple d. Adriani nove et novarum constitutionum beneficio, privilegio fori beneficio cessionis bonorum, et cedo bonis ac omni juris Canonici et civilis remedio. Actum in regione Montium, et contra Seburre presentibus d. Fratre Egidio de Camerino Ordinis Continentium d. Presbytero Nicolao Rectore Ecclesie SS. Sergii et Bachi et Sutio dicto Satullo de Regione Montium testibus ad pta vocatis et rogatis. Ego Paulus Joannis Jacobi Alba de Urbe Dei gratia Sac. Rom. Prefecture auctoritate Not. Publ. quia ptis interfui, ideo ea scripsi et publicavi rogatus.

Locus ✕ Signi.

DOCUMENTO VIII.

*Particula instrumenti donationis, facte in favorem Hospitalis S. Angeli, a Laurentio Joannis Mattehuli de Novellis, de medietate quorundam casalenorum, conjuncta pro indiviso cum alia medietate Andreae de Novellis: sub anno Domini 1830 die 25 martij: manu Stephani Magnavivae Notarij.*

» Integram medietatem certorum casarenorum et domorum dirutarum sine tecto solariis et sine hostiis ipsius Laurentii junctam pro indivisa cum integra medietate putei in eis existentis que casarena et domus dirute site sunt in Regione Montium et contigue muris antiquis formarum urbis in oppositum Ecclesie S. Angeli et hospitali dicte Ecclesie dicte societatis inter que casarena est cimiterium (\*) dicte societatis et hospitalium ejus inter hos fines, quibus ab uno latere est ortus et vinea dicte societatis ac hospitalium ejus ante est via publica per quam item ad Ecclesiam S. Johannis in Laterano, ab alio latere est via qua itur ad Ecclesiam SS. Petri et Marcellini et alii fines etc. »

(\*) Oggi il cimitero vecchio.